

Ad dubium: an arbitrium Card. Ginnetli declarans, jus administrandi Sacramenta exteris advenientibus ad Castrum Lapedonae et domicilium contrahentibus, competere Ecclesiae Colleg., sit revocandum? S. C. resp. *Affirmative* (et competere Ecclesiae paroch.) n. 3450. ad 1 die 14. Decb. 1697.

3) Ministri.

Canonici Cathedr. uti non possunt Clericis et Caeremoniario, veste violacea indutis, nec eos cogere ad sibi sic indutos serviendum in administratione Sacramentorum atque in aliis quibuscunque functionibus Ecclesiasticis non capitularibus tam intra quam extra Cathedralen. n. 4536 dub. addit. 3. die 4. Junii 1817.

Nota Gard. ad hoc decret.:

In qualibet Ecclesiastica functione illi adhiberi debent ministri, qui ad eam rite, diligenterque explendam sunt necessarii, juxta regulas traditas tam a Rubricis, quam a S. R. C. Decretis. Certum porro est, quod Canonici in functionibus non Capitularibus, praesertim extra Cathedralen jus nullum est cogendi Magistrum caeremoniarum, et Clericos violacea veste indutos ad sibi inserviendum. Visum est supra, Canonicos uti singulos extra propriam Ecclesiam in Ecclesiasticis functionibus vix, ac ne vix quidem a simplicibus Presbyteris distingui. Quaestio igitur coarctari debet ad functiones non capitulares, quales sunt Missa privata, administratio non solemnis Sacramentorum in Cathedrali explenda. In his Canonici eos adhibere potest ministros, quos exigit actio; Clerici vero, qui servitio Cathedrali sunt addicti, et inservire tenentur induti tali veste ejus coloris, quo illa in Ecclesia distinguuntur. Quod vero attinet ad caeremoniarum Magistrum, huic vestis violaceae usus competit dum-

taxat in functionibus Pontificalibus, non autem in Capitularibus. Siquidem rogata S. R. C.: „An Magister caeremoniarum electus a Canonicis pro functionibus canonicalibus ex permissione Capituli, uti valeat veste violacea, tam praesente, quam absente Episcopo? respondit in Aquilana die 22. Jan. 1735. Affirmative tantum in functionibus Episcopalibus, ex dispositione Caeremonialis, non vero ex dispositione Capituli.“ Videri etiam potest Bituntina 31. Aug. 1737. Quod si non licet Capituli Caeremoniario uti violacea veste in functionibus Capitularibus, multo minus ei licebit in aliis non Capitularibus; in iis videlicet, in quibus aliquis ex Canonicis vel Missam celebrat, vel Sacramenta administrat, vel alteri Ecclesiasticae functioni incumbit.

ADMINISTRATOR.

Vd. *Episcopus Administr.*

ADORATIO.

1) Crucis.

Vd. *Parasceve.*; *Cappa Canon.* (decr. n. 3544.)

2) SSmi. Sacramenti.

Vd. *Expositio SSmi.* (Adorantes.)

3) In Sump. ss. Sanguinis.

Vd. *Sumptio ss. Sanguinis.*

ADVENTUS.

1) Fit commemoratio alicujus octaviae in feriis Adventus. Vd. *Commemoratio.*

2) De vigiliis in Adventu, Vd. *Vigilia in Adventu.*

3) De commem. Dom. Adventus, Vd. *Commem. in vesp.*

ST. AEGIDIUS ABB.

(*Lectiones.*)

Ad dubium Benedictin. Einsidl: an

in festo s. Aegidii abbatis, quod est dupl. de Indulto, sequendum sit exemplum Ecclesiae Campidonens. et Viennens. ex lectione unica Breviarii faciundo tres, illam dividendo et sequens miraculum inserendo: „*Alias rediens in Ecclesia, quemdam sibi obvium miserima specie, qui nuper a serpente percussus tumente cute fatebatur se mortiferum virus recepisse, fusa oratione curavit simulque hortatus est, ut deo gratias ageret, cuius clementia esset sanatus*: S. C. resp. Negative et pro gratia concessionis Lectionum quae leguntur in Basilica Vaticana. n. 4044 ad titul. XXV. dub. 9 die 5. Maii 1736.

S. AGNES.

1) Officium.

Ad dubium: An in Officio proprio S. Agnetis V. M., quod est in Breviario Rom. sub die 21. Jan., in prima Antiph. ad Vesp., et Laudes liceat addere claritatis gratia, et ut plenior sensus habeatur, *in suicustodiam*, ita ut sic integre legatur: Ingressa Agnes turpitudinis locum, Angelum Domini in sui custodiam praeparatum invenit? Et S. eadem C.... respondendum censuit: „Nihil immutandum, vel innovandum.“

Atque ita rescribere, ac proposita Dubia declarare existimavit. N. 5064. ad 1. Die 27. Febr. 1847.

2) Translatio.

Utrum transf. fest. s. Agnetis? Cf. *S. Meinradus* (decr. n. 4043.)

AGNUS DEI.

In Communione fidel.

Vd. *Communio.* (Qua lingua etc.)

AGONIA.

D. N. J. C.

Vd. *Campanae.* (puls. pro feriis sext. etc.)

ALBA.

1) Materia.

Ad dubium: An alba confici possit ex tela quadam composita ex lino et gossipio subtilissimo, quem vocant Musulo? S. C. resp.: Lectum. n. 2267 die 15. Mart. 1664.)

Vd. *Paramenta* (materia, decr. n. 4563.)

2) Ornatus.

Ad dubium: An liceat ubique terrarum in fimbriis, et manicis Albarum, et aliorum vestium sub velo transparenti fundum rubrum mittere, vel an sit privilegium peculiare Italiae, Hispaniae etc.?

Et sacra Congregatio, rescribendum censuit:

„Negative.“

Atque ita rescripsit Die 17. Augusti 1833. n. 4718.

3) Quando utitur.

Celebrantem non Episcopum facientem Officium in Matutinis, Laudibus et Vesperis non posse uti Alba. n. 1910 ad 3 die 13. Julii 1658. Non albam, sed tantum superpelliceum adhibendum est in processibus, quando induuntur planetae, dalmaticae et tunnicellae juxta Caerem. (Lib. I. c. XV. n. 6; lib. II. c. XXIII. n. 5.) n. 2869 ad 9 die 26. Novb. 1678. Vd. *Laici*; *Processio* (Clerus inf. paratus, decr. n. 4595); *Expositio SSmi.* (Exponens); *Repositio SSmi.* (modus); *Stola* (*in Off. def.* decr. n. 5221); *Communio* (Distribuens; habitus; decr. n. 4777); *Stola in vesp.*

S. ALEXANDER MART.

Hodiernus Archipresbyter Oppidi, cui nomen vulgo *Montagnano* intra fines Dioecesis Boianens. huic S. Sedi Apostolicae exposuit Fideles Oppidi ipsius a vetustis temporibus ut praecipuum ad Deum Patronum venerari

consuevisse S. Alexandrum Martyrem unum e septem Fratribus, de quibus in Martyrologio Romano VI. Id. Julii; eamque ob causam Festum ejusdem Sancti, cujus Corpus ibidem religiosissime asservatur, a Clero loci celebratum hucusque fuisse cum Officio et Missa de Communi unius Martyris sub ritu dupl. I. Cl. cum Octava. Exposuit insuper hac non obstante veteri consuetudine nuper contigisse ut Redactor Kalendarii Dioeceseo pro eodem Festo assignari censuerit Officium cum Missa de Communi plurimorum Martyrum, asserens juxta Decreta hujus S. C. non posse Festum unius ex septem Fratribus Martyribus a ceteris se jungi. Hanc itaque immutationem aegro animo ferentes Archipresbyter et Clerus Oppidi Montagnano pro vetustae consuetudinis confirmatione huic S. R. C. supplicia vota dedere. Quorum preces quum ipse Rmus. Episcopus Boianen. pro informatione et voto requisitus, non modo veritati consonans testatus fuerit, sed etiam supplicaverit ut Oratorum votis S. eadem C. benigne adhaereat; Emmi et Rmmi. P. s. tuendis Ritibus praepositi ad Vaticanum hodierna die coadunati in Ordinario Coetu, rebus omnibus mature expensis, referente Secretario, respondendum censuerunt: „Veterem consuetudinem in casu esse retinendam juxta Decretum in Carthaginen. seu Ordinis Minorum de Observantia diei 2. Maji 1801. ad Dub. IX. N. 5225. Die 29. Nov. 1856. Cf. *Septem Fratres*.

S. ALEXIUS.

(Off.)

Stante decreto S. C. die 14. Jan. 1682 de Officiis SS. ad libitum non transferendis Fratres Minores, Officio s. Alexii occurrente 4. die infra octavam s. Bonaventurae, debent recitare Officium de Octava cum commem. s.

Alexii simpl. de praecepto. n. 2988 ad 9 die 13. Junii 1682.

De ejus *lectionibus*, vd. *Lectiones de Sanctis* (decr. n. 4044).

ALLELUJA.

1) Quando dicendum?

Officium SSmi. SSti. quod Religiosi ss. Trinitatis Portugal. recitare solent in una die cujuslibet hebdomada, quando non occurrit aliquis Sanctus, de quo fiat Officium, dicendum est cum Alleluja. n. 3925. ad 2 die 11. Mart. 1719.

Ad dubium: an in exposit SSmi. per annum, occasione 40 hh. vel alia quavis de causa seu necessitate Vers. *Panem de etc.* sit addendum: *Alleluja*? S. C. resp.: affirmative exceptis tamen Quadrages. et vigiliarum temporibus. n. 3546 die 23. Jan. 1700. Quando ultra Officium diei recitatur aliud de aliquo Sancto ex fundator. voluntate, si tempus occurrerit paschale, ritum pro tempore convenit imitari addendo Antiphonis, Versiculis et singulis responsoriis *Alleluja* uno excepto b. M. V. Officio parvo, in quo, dum feriali conjungitur Officio diei, nullum additur Alleluja. n. 4227 ad 2 die 26. Aug. 1751. (Cf. *Allel.* — quando non dicend. decr. n. 2364.)

2) Quando non dicendum?

Vd. *Off. parv. B. V. M.*

In Officio votivo SS. Sacramenti, quod singulis quintis feriis celebratur apud quosdam Religiosos ommittendum est *Alleluja* in Responsoriis brevibus horarum. n. 1462 ad 5 die 11. Julii 1643. Recitantibus qualibet fer. V. per annum Officium SSmi. SSti. non licet illud recitare cum Alleluja extra tempus Paschale. n. 3320 die 22. Aug. 1693. Tempore paschali non additur *Alleluja*. Antiph. et aliis extra Off. de praecepto, nec ad Officium parvum B. V. M. n. 2364 ad 7 die 13. Febr. 1666. (Vd.

Allel. — quando dicend. decr. n. 4227.) In expositione et depositione SSmi., etiam devotionis causa, non est addendum Allel. Versiculo: *Panem de coelo etc.* n. 3477 ad 5 die 5. Julii 1698.

Ad dubium: Quando festum ss. Philippi et Jacobi celebratur extra tempus Paschale, quaenam omitti vel retineri debeat *Alleluja* et an tolendi sint asterisci? S. C. resp.: Extra tempus paschale onittuntur omnia *Alleluja*; et Asterisci ne tolantur. n. 4044 ad titul. XXI. dub. 6 die 5. Maii 1736.

In Officio votivo SSmi. Sacramenti, quod recitatur ex Indulto apostol. in Dioecesi Salisburg. in Resp. ad Matut., Resp. brev. horarum, Versiculis ad Magnif. et Laudes recitari non debent Alleluja, prout in Officio festivo diei Solemnitatis SS. Corp. Chr. n. 4104 die 10. Decb. 1740.

3) Quando dicendum in expos. SSmi.?

Vd. *Instructio Clem.* §. XXXI. n. 2. etc.

4) Quando dicendum in Suffragiis?

Vd. *Suffragia* (decr. n. 4080.)

S. ALEXANDRINUS EP.

Vd. *Cognomina SS.* (Non dicenda; decr. n. 5180.)

ALMA REDEMPTORIS MATER.

Vd. *Ave Regina.*

ALMUTIA.

Quis defert?

Cf. *Canonici* (Insig. et hab. decr. n. 3306.)

Canonico celebranti non licere almutiam retinere super altari neque, ea uti debere hebdomadarium, non denique Diaconum et Subdiaconum super brachio eam posse deferre. Et ita ubique servari et contrariam consuetudinem esse abusum. n. 1961 die 15. Febr. 1659.

Licet Praebendariis Cathedralis vel Collegiatae intervenientibus in processionibus funeralibus sub cruce ipsius Cathedralis vel Collegiatae cum Canonicis, deferre Almutias et praecedere processionaliter rectoribus Ecclesiarum curatarum. n. 2885 ad 1 die 6. Maii 1679.

Canonici parati deferre non debent almutias. n. 2241 ad 10 die 4. Aug.;

Almutia imponi potest supra brachium defuncti Canonici parati Planeta seu Dalmatica. n. 2241 ad 10 die 4. Aug. 1663.

Non licere Canonicis sacris vestibus, planeta, pluviali, tunicella etc. indutis in canendis Missis et Vesperis et processionibus, aliisque ab eis faciendis, deferre almutiam super dictis vestibus. n. 2399 ad 1 die 5. Mart. 1667. Idem decr. n. 2404 die 2. Apr. 1667 cum appendice: „*Etiam quod consueverint deferre subtus.*“

Servandum esse ultimum decretum Synodale Revedmi. Scappii, quo sancitum fuit, ut Presbyteri Cathedr. et Colleg. s. Antonini Placentiae, quando sub eorum cruce ad ducenda cum parochis funeralia conveniunt, suas illi valeant deferre Almutias, secus si tamquam singuli evocati ad exequias accedunt, non obstantibus declarationibus in contrarium S. C. Episcoporum et Regularium et praecipue sub diebus 2. Maii 1659 et 10. Novbr. 1662, nempe: „licere, quando incedunt collegialiter et cum Capitulo. n. 2485 die 20. Julii 1669.

Habentibus usum cappae non licere uti Almutia. n. 2740 ad 1 die 13. Julii 1675. Canonico Vicario Foraneo et Canonico curato insignis Collegiatae Novarien., quorum neuter est in Collegiata Praepositus nec capitulariter ad Congregationes casuum conscientiae accedit, non competit usus almutiae. n. 3778 ad 1 die 10. Decb. 1707.

Episcopus Cathedralis Montis Poli-

tiani prohibeat Cappellanis Cathedr., ne, cum in publicis supplicationibus sive defunctorum associationibus procedunt absque interessentia illius Capituli, almutiam in brachiis deferant; indecens enim est, quod ipsi Cappellani, qui cum Capitulo dumtaxat unum corpus faciunt, ab eodem corpore disjuncti, iis etiam utantur insigniis, quae non membris sed toti corpori conveniunt. n. 4329 die 20. Julii 1765.

S. ALOYSIUS GONZ.

1) Missa.

Ad dubium: An in Missa S. Aloysii Gonzagae Patroni juventutis, ubi Officium persolvitur ritu dupl. I. Cl. cum Octava, addi valeat Symbolum Nicaenum?

Et S. eadem C. rescribendum censuit: „In locis tantum, ubi est Patronus praecipuus.“ Atque ita recipit, die 12. Martii 1836. N. 4772. ad 4.

2) Officium.

URBIS ET ORBIS.

Qui dum in terris degit Angelicus juvenis S. Aloysius Gonzaga placens Deo factus est dilectus, postquam Coelitum felicitatem, et gloriam est assequutus, ejus memoria in benedictione apud homines permansit, atque adeo cultus est diffusus, ut dissitae etiam regiones impense eum venerentur, ac validissimum invocent patrocinium. Nam etsi consummatus fuerit in brevi, attamen explevit tempora multa, siquidem a coelestium donorum distributore Deo, inter caetera id obtinuit speciale, ut mirae vitae innocentiae parem poenitentiam sociaret, et sic saltem poenitentem immitarentur, qui non fuerant innocentem sequuti. Quod autem unum optandum adhuc supererat, nimirum ut ipsius Officium cum Missa jamdiu approbatum, de praecepto persolveretur ab omnibus, qui ad Horas Canonicas orbe toto tenentur, non

sine miserentis Dei sapientissimo consilio factum est ut ardentiori studio exquireretur hisce potissimum temporibus, quae abundante malitia charitas frigescit, et de innocentia deperdita verae poenitentiae fructus ut plurimum desiderantur. Haec singula animo volventes Emmi., et Rumi. nonnulli Antistites, ac religiosorum Ordinum Praesules, ad propellendam impendentium malorum colluviem non parum conducere existimarunt erga inclytum hunc Sanctum majorem in dies religionem, ac pietatem promovere, ac proinde humillimis Precibus SSmm. D. N. Gregorium XVI. P. M. advenientes, enixe rogarunt, ut per Gen. Decretum extendere dignaretur Officium, et Missam in hon. S. Aloysii Gonzaga ad utrumque per Orbem Clerum, ac cujuscunque Ordinis Sanctimonialibus ad Horas Canonicas persolvendas adstrictas. Enixa hujusmodi vota peramanter excipiens SSmus. D., pro eo, quo praestat erga coelestes Patronos pietatis excitandae studio, ac animarum salutis promovendae zelo propria manu rescripsit: *Annuimus juxta petita*; ac proinde ad S. S. mentem per hoc S. R. C. Gen. Decretum edicitur, ut a Clero Seculari, et Regulari, ipsis Sanctimonialibus comprehensis, per universum Orbem in posterum sub ritu dupl. min. XI. Kal. Julii, vel ea die impedita, prima quae postea libera occurrat, in hon. S. Aloysii Gonzagae Conf. Officium cum Missa de praecepto persolvatur, juxta concessionem factam Clero Urbis, et quamplurimum Dioecesium, servatis attamen Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. n. 4942. Die 23. Julii 1842.

S. ALPHONS. MARIA DE LIGORIO.

URBIS ET ORBIS.

Postquam in vulgus editum fuit De-

cretum, quod tuto procedi valeret ad Canonizationem B. Alphonsi Mariae de Ligorio olim Episcopi S. Agathae Gothorum, et Institutoris Congregationis SSmi. Redemptoris, de speciali gratia SSmus. D. N. Gregorius Papa XVI. ad enixas preces Emorum Card. Caroli Mariae Pedicini Episcopi Praenestini, et S. R. C. Praefecti, et Caroli Odescalchi Causae Canonizationis ejusdem Relatoris annuit, ut Officium cum Missa in ejusdem Beati honorem quibuslibet petentibus Episcopis concederetur. Animo propterea reputans R. P. Joseph Maria Nautone recensitae Cong. SSmi. Redemptoris Procurator Gen., Causaeque praedictae Postulator, et non paucos Episcopos, et pene omnes Regularium Ordines hujusmodi obtinuisse Indultum, multosque alios Episcopos in praesentiarum expetere, et nomine proprio, et R. P. Rectoris Majoris, caeterorumque Consultorum suae Cong., humillimis datis precibus enixe rogavit Emos, et Rmos P. S. Ritibus tuendis praepositos, ut Officium S. Alphonsi Mariae de Ligorio de Communi Conf. Pont. cum Lectionibus II. et III. Noct., et Oratione ac Missa propriis ad universam Ecclesiam extenderetur. S. C. Ordinariis in Comitibus ad Quirinales Aedes infrascripta die coadunata, audita relatione per Secretarium facta, attentoque potissimum pari methodo extensum fuisse Officium tum S. Hieronymi Aemiliani Institutoris Cong. Somaschae die 2. Sept. 1769 tum novissime S. Francisci Caracciolo Fundatoris Clericorum Reg. Min. die 5. Aug. 1807 omnibus mature perpensis rescribendum censuit: „Ad Secretarium cum SSmo.“ n. 4876. Die 31. Aug. 1839.

Super quibus omnibus facta postmodum Eidem SSmo. D. N. Gregorio Papae XVI. fideli relatione, S. S. precibus benigne annuens ex speciali gratia supradictum Officium cum Missa denuo

Decreta authentica.

ab Rmo. D. Card. Carolo Maria Pedicini Episc. Praenestino, S. R. E. Vice-Cancellario, et S. R. C. Praefecto una cum R. P. D. Virgilio Pescetelli S. Fidei Promotore revisum a Clero Saeculari et Regulari utriusque sexus universalis militantis Ecclesiae, qui ad horas Canonicas tenentur, quotannis die 2. Aug. sub ritu dupl. min. recitari praescipit, die 10. Mense Sept. eodem anno 1839.

In aliquibus Ecclesiis Dioecesis Mechlinien., ubi S. Maria Magd. colitur ritu dupl. I. cl. cum Oct. tamquam dies 30. Mensis Julii erat antehac assignata Festo S. Marthae, quum dies 29. esset perpetuo impedita ratione Octavae S. Mariae Magd. Verum ab Anno 1839. Festum S. Alexii translatum fuit pro tota Dioecesi a die 27. Julii ad diem 30. ejusdem Mensis, tamquam in diem fixam: ideoque in particularibus illis Ecclesiis, de quibus supra, die 11. Mensis Aug., utpote prima dies non impedita, erat assignata Festo S. Marthae. Quum autem ex Decreto Urbis et Orbis Festum S. Alphonsi Mariae de Ligorio in posterum sit celebrandum praedicta die, quaeritur:

1. An huic novo Festo alia dies sit assignanda in particularibus illis Ecclesiis, ubi die 11. Aug. celebratur Festum S. Marthae, an vero Festum S. Alphonsi Mariae de Ligorio sit praefendum, et Festum S. Marthae ulterius transferendum ad primam diem non impeditam?

2. Quid, si alicubi die II. Aug. hactenus celebrari consueverit Festum aequalis, aut altioris ritus e. g. S. Petri ad Vincula in Ecclesiis, ubi I. Aug. celebrari debet dies octava S. Jacobi Ap. tamquam Patroni? S. R. C. rescribendum censuit:

„Quoad primam quaestionem: Negative ad primam partem: affirmative ad secundam. Quoad secundam:

Quum sit translata ulterius progrediantur juxta Rubricas: dies enim II. Aug. est propria S. Alphonsi Mariae de Ligorio.

Atque ita rescripsit, servarique mandavit. N. 4910. Die 13. Sept. 1840.

ALTARE.

1) Accessus.

Ad Dubium: In Sacello majoris Seminarii stat Sacristia post Altare, et Ministri accedere possunt ad Altare tam ex parte Evangelii, quam ex parte Epistolae. Quaritur 1. ante Missam quam ex parte exire debeant ad Altare? Et qua parte post Missam redire debeant ad Sacristiam?

Rescriptum prodiit:

„A Sacristia e sinistra egredientem, a dextera ad illam accedendum.“

Atque ita S. C. rescribere rata est, propositaque Dubia declarare. N. 5208. ad 17. Die 12. Aug. 1854.

2) Consecratio.

Vd. *Consecratio altaris.*

3) Execratio.

Vd. *Execratio altaris*; *Altare* (reconciliatio); *Consecratio altaris execrati*; *Reconciliatio Ecclesiae* (decr. n. 4577.); *Reliquiae* (in altari).

4) Fixum.

Vd. *Altare privileg.* (decr. n. 4951; 4988.)

5) Gradus.

Vd. *Missa* (*Quo gradu altaris incipienda?*)

6) Incensatio.

a) In Missa.

Vd. *Parasceve* (incensatio crucis et altaris.)

Ad missam thurificari tantum debet altare, in quo cantatur missa; ad vesperras vero altare, ubi asservatur *SSmum.*, et altare chorale, coram quo decantantur vesperrae, nisi esset idem, in quo *SSmum.* asservatur, quia in hoc casu unum hoc altare tantum thurificari debet. n. 2345 ad 1. die 31. (Julii?) 1665.

Ad dubium: an in missa convent. Dominicis et aliis diebus festis de praeecepto altare ad Introitum thurificari debeat, quamvis Beneficiati celebrent? S. C. resp.: *Nihil innovari.* n. 2082 ad 1. die 20. Novb. 1660.

Ad idem dubium S. C. resp.: Archiepiscopus provideat n. 2033 ad 1 die 18. Decbr. 1660.

Servari non potest antiqua consuetudo (Cathedr. Conimbricen.) qua diebus non festis in missa convent. non adhibetur incensum. n. 4233. ad 3 die 14. April. 1753.

In Ecclesiis Colleg., ubi quotidie in Quadragesima post Nonam canitur ferialis missa, adhibenda sunt Cerofera et incensum. n. 5012 ad 1 die 14. Junii 1845.

Ad dubium: An Episcopus tolerare possit, quod Canonici Missam solemnem cum Diacono et Subdiacono aliquando content, nulla adhibita incensatione, et saepe saepius id faciant in Missis de *Requie* cantatis cum assistentia Diaconi et Subdiaconi, qui semper Canonici sunt? Emi. et Rmi. P. . . . respondendum duxerunt: „Negative.“

Atque ita S. R. C. rescribere rata est, propositaque Dubia declarare. N. 5228 ad 6. Die 29. Nov. 1856.

b) In Vesperis.

Vd. *Altare* (incensatio altaris ab altari maj.)

Ad dubium: In Decreto Urbis lato die 19. Aug. 1851 ad Dub. III. vetitum fuit in Missa, quae cantatur sine Ministris, incensare Altare et Chorum, ut sit quando Missa decantatur cum Ministris, quaeritur: an idem prohibitum sit in Vesperis decantatis cum solo Hebdomadario parato et unico Clerico? Et quod, si alicubi adsit contraria consuetudo? S. C. resp.:

„Negative.“

Atque ita declarandum et rescribendum censuit. N. 5183 ad 25. Die 16. Aprilis 1853.

c) Quando non incensatur?

In missa conventuali absque Diaconis cantata, adsistentibus tantum Thuriferario et Cerofera et praesente Clero et Communitate adhiberi non potest thus. n. 4395 ad 21 die 18. Decbr. 1779; n. 3575 ad 12 die 22. Jan. 1701.

Quando missa canitur sine Ministris, non potest thurificari altare et chorus ut alias fit, quando Ministri adsunt. n. 1627 ad 3 die 19. Aug. 1651.

Vd. *Altare* (incensatio in vesperris.)

d) Incensatio altaris ab altari majore disjuncti.

Vd. *Imago alicuj. Sancti* (incensatio; decr. n. 3790.) *Reliquiae* (incens. decr. n. 2345.)

Ad dubium: Exposito *SSmo.* in altari majore dum sub Magnificat in vesperris idem altare majus incensatur, an debeant etiam incensari alia altaria, ex eo, quod incongruum esse videtur, relinquere in altari expositum *SSmum*, et utrum thurificato altari majore, ubi est *SSmum*, debeat etiam fieri thurificatio illius altaris, in quo est reconditum *SSmum* in pyxide? S. C. resp. Non esse thure adolenda alia altaria, licet alibi *SSmum* asservetur. n. 4181 ad 11 die 7. Maii 1746.

7) Lignum.

Episcopum Cajetanum permittere debere altare ligneum cum Ara lapidea juxta reformationem Missalis c. 20. n. 463. die 10. Nov. 1612.

Ad petitionem Caroli principis Cignolae facultatem fieri erigendi in suo Palatio altare ligneum, S. C. resp.: petita facultate non indigere, dummodo altare ligneum cum sacro lapide parieti colligatum amovibile non sit, et altaris portatilis imaginem non praesferat. n. 2140 die 3. Decbr. 1661.

8) Missa in altari, in quo est expositum *SS. Sacrament.*

Vd. *Missa cor. expos. SSmo.* (altare.)
Missa de Req. cor. *SSmo.*

9) Nominatio.

Ad dubium: an altaribus seu Cappellis ss. Patriarcharum, Martyrum etc. etc. in Ecclesia existentibus novam invocationem vel denominationem imponi abendo antiquam vel antiqua remanente aliam adungi posse? S. C. resp.: *Dilata.* n. 3415 ad 4 die 30. Mart. 1697. Vd. *Altare (Sancti vet. Testamenti.)*

10) Ornatus.

a) In Expositione *SSmi.*

Vd. *Expos. SS. Sacram.* (altare); *Paramenta* (quando pretios. utenda? decr. n. 4383); *Instructio Clem.* §. IV; §. V. n. 6; §. XVIII. n. 7-11; §. XXXVI. n. 2. etc.

Post expositum *SSmum* Pallium et Conopoeum altaris debet esse albi coloris, non obstante, quod illa die Ecclesia utitur alio colore. n. 2864 ad 7 et 8 die 9. Julii 1678.

Ad dubium: qui color paramentorum altaris adhibendus sit, quando exponitur et reponitur *SS. Sacramentum* occasione Orationis 40 horarum vel alia etiam pro infirmis vel profunctis? S. C. resp.: colorem adhibendum esse, qui praescribitur per rubricas. n. 1570 ad 2 die 17. Novb. 1646.

In expositione *SSmi.* occasione 40 *hh.* occurrente in die *Commemor. Omn. fidel. def.* possunt in missis def. paramenta coloris nigri vel violacel, — arbitrio superioris localis — adhiberi. Quaeritur: an excipiendum sit altare expositionis? S. C. resp.: Affirmative. n. 4477. ad 3 die 16. Sept. 1801.

Ad dubium: an recte se gesserint Capitulum Collegiatae s. Laurentii Florent. exponendo publicae venerationi *SS. Sacramentum* pro anima Ludovici regis def., cum esset Ecclesia panis nigris ornata, excepto Presbyterio et remoto castro doloris et pallis nigris ab unoquoque altari? S. C. resp.: Scribatur Archiepiscopo „Ad mentem.“ n.